



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

12. An in iudiciis regularium nomina testium sint reo manifestanda? Ex p.  
11. tr. 3. & Misc. 3. res. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# Tractatus Primus

teralem, sed ad Romanum Pontificem?  
Et notatur quod licet aliqua Religiones habeant primitugia Summi Pontificis interdicentia Religiosis appellare, tamen intelligenda sunt eo modo, quo ius commune dicti. Religiosis appellationem denegat, scilicet quando grauant eos limites transgrediendo, &c.  
Ex p. 3. tr. 2. Ref. 54.

**S. 1.** **N**egatiuè respondet Duardus in expos. Bul. Cœn. lib. 2. can. 9. q. 37. num. 8. Spatarius in praxi tract. 10. p. 4. cap. 1. num. 3. Peyrinus de Religioso subditio tom. 1. quest. 1. cap. 20. & alii penes ipsos, & hanc sententiam nouissimè etiam docet Ioan. de Sancta Maria in Tribun. Relig. tract. 5. c. 10. §. 1. numero 3. in fine, vbi sic afferit. [La appellation no se ha de hazer por causas liuanas, sino pocas veces, y quando la qualidad del negocio lo demandare, y hauiendo primero hecho recurso a les Prelados de la orden, y no hauiendo les defagruiado, o fauorecido, y lo mismo que se ha dicho del Papa, se entiende tambien del Nuncio Apostolico.] Ita ille, & hoc stante quadam declaratione Cardinalium, & Decreto Clem. VIII.

2. Non reticebo tamen, contrarium docere Remigium Scotia in opus. de invaliditate Professionis dub. 25. & 26. qui facit mentionem Decreti Clem. VIII. Idem etiam docet Laurentius Portel. in dub. Regul. verb. Appellare, num. 3. vbi sic afferit. Congregatio Cardinalium declarauit modum appellandi hunc esse servandum, ut scilicet à Guardiano appelletur ad Provincialem, ab hoc ad Generalem, ab hoc ad Protectorem Cardinalem, ab hoc ad Papam. At his non obstantibus, potest Religiosus omisss illis mediis, statim ad Papam seu Nunciū appellare, ut praxis obseruat. Ita Portel.

3. Notandum etiam cum Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 10. & aliis, quod licet aliquæ Religiones habeant priuilegia summi Pontificis interdicentia Religiosis appellare, tamen intelligenda sunt eo modo, quo ius commune appellationem dictis Religiosis denegat, nempe quando Pralati corrigentes, seu punientes subditum, non excedunt limites religiosa disciplina, tunc enim minimè grauant, fucus quando grauant eos, limites prætergrediendo, nec valet dicere, quod priuilegia aliquid ultra ius commune operari debent, c. Abbate, de verb. significat. Nam refpondetur aliquando nihil nouum continere, sed maioris expressiois gratia, concedi, ut probat idem Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 37. n. vii. ad ultim.

4. Non reticebo tamen Sanchez in loco citato sua summa putare etiam dicta priuilegia hoc amplius continere, ut subitus non possit appellare, nisi excessus Prælatorum manifestus sit, quia pax & simplicitas, & obedientia Religiosorum hoc postulat.

## RESOL. XI.

An Religiosi possint recurrere ad Superiores supremos sine inferiorum Prælatorum licentia ad ornatum Concilij Tridentini. sif. 2. c. 4. de Regulari. Et explanatur, quod licet Ordinarius iustè possit capere talem Regularem per suum territorium transiensem, iuxta tenorem prædicti Concilij, non tamen iustè desinere, si fidem faceret, se grauatum appellasse, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 56.

**S. 1.** **V**erbis à suis Conuentibus exire, etiam praetextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint; Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum, tanquam desertor sui infiniti, puniatur Ita Concilium, quæ verba non sunt intellegenda de audeente Superiorum ex gravi causa, ut si à Superiori monasteri nimium fuerit grauatus, & iniquè vexatus; sed Concilium solum vetat, ne quis Religiosus possit exire à Monasterio sine licencia Superioris, etiam vt audeat Superiorum, non autem vetat, ne grauatus grauiter per viam iusti grauamnis, & appellationis iustæ, verbo, vel facto interpositæ, possit adire superiorem ad conquerendum de illo. Vnde arbitror, quod licet Ordinarius iustè possit capere talem Regularem per suum territorium transiensem, iuxta tenorem prædicti Concilij, non tamen iustè retinere, nec punire, si fidem faceret se grauatum appellasse, vel de grauamine protestatum iter arripiuisse ad Superiorum, & idem licentiam levigat non deferre, quia noluit eam dare Prælatus, à quo appellauit, vel iustè metuit petere, qui ob appellationem, vel licentia petitionem, in carcere iniuste coniectus fuisset, & qui in tali caufo non tenuerit Religiosus petere licentiam, non enim confessus petendus est ab eo, qui vexat iniquè, vel de cuius culpa corrigenda, & emendanda curatur; nec enim verisimile est voluisse Concilium punire actus licitos, vt non possit iusta de causa recurrir ad Superiorum. Et hac omnia defumpta sunt à Sanctarollo tr. de Apostol. cap. 3. dub. 1. n. 11. que ipse defumps à Nauarro comm. 2. de Regul. n. 6. 1. & commen. n. 51. ab Azorio tom. 1. lib. 12. cap. 11. quest. 7. Sayo in clani lib. 1. 2. cap. 17. num. 40. & Rodriguez tom. 1. quest. 29. art. 2. & quest. 30. art. 4. Claudem hanc resolutionem cum verbis Emanuelis Sà verb. Relig. n. 71. sic afferentis; Non obstat Concilium Tridentinum ei qui fugit, nimis sequiente Superiori.

## RESOL. XII.

An in iudiciis Regularium nomina testium sint reo manifestanda? Ex p. 1. tr. 3. & Misc. 3. Ref. 7.

**S. 1.** **H**ic casus fuit his diebus agitatus in facie Congregatione deputata luper negotiis Episcoporum & Regularium, & de illo interrogatus respondi, quid licet aliqui Doctores videantur negatiuè respondere, tamen intelligendi sunt quando non agitur de re graui. Dico igitur culparum differentiationem attendandam esse; nam in leutoribus culpis in quibus nullum reo imminet periculum confidatione dignum, prudenter facit Superior, qui denunciatorum, & testium nomina occultat, id enim maximè conducit ad animorum tranquillitatem, & pacem inter Religiosos conservandam, & è contrario iustè verei potest, rixas & odio in Religiosis penitè fore excitanda.

2. At vero in grauioribus criminibus, de quibus nos agimus, in quibus de punitione publica agitur, & Religiosus periclitatur, constat diligenter verum oportere inueniari, & idem testium nomina aperienda, & maximè vbi ab externo Religiosus accusaretur, & nomina testium in his caufis publicari debere in Sacra Minorum Religione esse constitutum tradit Emanuel Rodriguez, 2. tom. quest. 3. artic. 1. in fine, & quest. 15. artic. 1. in fin. quod si prece

# De Dubiis Regularium. Ref. XIII.

9

factum DD. culparum differentiam considerasset, non  
viue esse inter eos disceptatio, sed satifuit hoc  
Superioris remittere arbitrio, quod nos in hoc con-  
sistere arbitramur, manifestissime facit Innocentij  
III. Illa constitutio, in d. cap. per tuas in fin. de Simo-  
nia. Et ita hanc sententiam prater Rodriguez vbi  
supra, tenet Ioseph Aldrette, de Religiosa disciplina  
tuenda, lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9. Victorinus Man-  
eus de modo procedendi cap. 7. num. 8. Pellizzarius tom.  
2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 115. & Martinus de  
San Ioseph in ordine iudicario cap. 14. numer. 1. vbi  
sic sit, [Se han de publicar no solamente los dichos  
de los testigos, sino tambien sus nombres, para que  
les pueda tachar el reo defendiendo. Clarius vbi  
supra, Rojas sing. 140. Salzedo ad Bernard. Diaz a  
128. litera C, en las causas de la fe manda el de-  
recho no se publiquen los nombres de los testigos,  
ni acusadores, c. vlt. de her. l. 6. el Padre Miranda  
quaf. 23. artic. 1. concil. 2. iguala las causas de la  
fe en esta parte con las de los Religiosos, quando  
son criminales, porque en ellas es cosa notoria. Se  
procede extraordinariamente, y de plano: lo mis-  
mo siente nuestro hermano Fray Ioseph de Santa  
Maria tract. 4. cap. 19. in fine, y ambos leguaron por  
Paz tom. 1. pars. 4. temp. 9. numer. 170. Pero, creo  
yo, no mitaron el cap. final. de heret. lo que dispone  
Bonifacio V II I: en el es, que se callen los nombres  
de los testigos en causas de heregia, quando ame-  
nazare graue perigo à los mismos testigos por la  
potencia de las personas contrà quién se inquire, pero añade luego. Cessante vero periculo supradictis  
acusatorum, & testimoniis nomina, propterea in aliis si indi-  
ceti publicentur. No hizo el barato el derecho en  
esta tan graue que penfaron estos Padres, pues  
quiere que si se callaren los nombres de los testigos  
en causas de heregia sea en caso que amenaze gra-  
ue perigo à los acusadores, y testigos, y que en  
estos le manifiesten los nombres al Obispo Diocesano,  
y la glosa señalando que perigo ha de ser que  
llama Bonifacio graue; dice que se ha de temer la  
muerte, o truncacion de miembros de los testigos, o  
destrucion y isolamiento de sus haziendas, & cosas  
semejantes. Vease esta glosa verbo periculum y que  
no le auiendo, manda el mismo Capitulo se publi-  
quen los nombres de los testigos: y en el §. ceterum  
y penultimo encarga las conciencias a los inquisidores,  
que no mitaren bien si ay peligro, ó no. Por dom-  
de se echara de ver la importancia de la materia  
presente, pues en las causas de la fe procede el Pon-  
tifice con tan gran recato, como se ha visto: y assi res-  
oluendome, me parece que no se puede seguir la  
opinion de Miranda sino es con tres limitaciones;  
la primera, que sea en causas ordinarias, como de pri-  
vacion de officio de Prelado, por mal gouierio, o  
otros que no sean infamatorios y graues, porque en  
tratando de delitos infamatorios y graues, se ha  
de hacer publicacion de testigos, y de sus nombres  
si las pidieren los reos. Ita ille; alias limitationes vi-  
debis penes ipsum.

3. Vtrum si in aliquo graui casu Superior putar-  
veri expedire, quod aliquis testis Religiose nomen  
supprimatur, quia graue periculum imminaret, op-  
time faciet si nomen non publicari praeceperit, velu-  
ti quia reus, et si iam in carcere detineretur, ei s' ta-  
men faccio, & partium studium timeret, ne per  
potentiam iniuriam, vel graue damnum inferant testis.  
Tunc autem Superior ponderet verba Archidiaco-  
nici & Emericus in directorio expendit; ait enim:  
O tu quicunque Index, in tali causa bene adverte  
verba ista, nam non dicit leue periculum, sed dicte

graue, noli igitur reum priuare debito iuris ordinis  
fine magnâ causa, quoiam hoc fieri non potest sine  
offensione Dei. Ita in cap. final. de hereticis in 6. di-  
rect. 3. part. qu. 76. Itaque tantummodo in graui  
testimoniis pericula nomina occulter.

4. Deinde vt nullo modo id admittat, vbi accu-  
sator, & testis est externus, tam quia nullum po-  
terit à Religioso timeri periculum, tam etiam quia  
laici Religiosis, oppidò infesti sunt & valde vere-  
dum est, ne per iniuriam eos falsis accusationibus, &  
depositiōibus opprimeantur, cap. laicos capi-  
tales 2. quast. 7. cap. de caero, de testibus.

## R E S O L . XIII.

An Generales, & Capitulum generale possint limitare,  
vel omnino tollere à Fratribus usum privilegiorum  
Apostolicorum?  
Et an Capitulum generale possit statuere aliquid contra  
ius commune?  
Et in exemplum prædictarum difficultatum, adducitur  
curiosum, & notabile dubium in textu huic Resolu-  
tionis. Ee p. 3. tr. 2. Ref. 87.

§. 1. R Espoideo affirmatiū cum Tamburino de Sup. hoc in  
Iure Abba. tom. 1. disp. 16. quaf. 19. num. 2. Ref. seq.  
Peitino in privileg. Minim. tom. 1. const. 2. July II.  
§. 3. num. 9. Portel, in dubiis Regular. ver. print. n.  
78. Miranda in manual. Prelat. tom. 2. quast. 43. art.  
4. Emanuele Rodriguez in qq. Regul. tom. 1. q. 9. art.  
2. & hac opinio procedit etiam in Religionibus non  
habentibus specialem auctoritatem Apostolicam ad  
hoc faciendum, quidquid aliqui contradicant, ad-  
uersus quos insurget Hieronymus Rodriguez in com-  
pen. Regal. refol. 116. num. 26. & alij.

2. Aduertendum est tamen, quod Capitulum  
generale non potest statuere aliquid contra ius com-  
mune; unde in gratiam lectorum ponam hic per ex-  
tensum quoddam consilium à me in casu de quo in-  
terrogatus fui, magna diligentia, & studio composi-  
tum, & facti species erat ista:

3. Capitulum generale eiusdem Religionis  
determinauit quædam immobilitate certe domus alien-  
anda esse tantum à quinque Patribus eligendis per  
Capitulum dicta domus, ut potest factum fuit.  
Quætitur, an tale decretum fuerit validum, & an  
alienatio, si tali modo efficeretur, fuisse invalida?

4. Respondeo supradictum decretum fuisse ini-  
cialidum, & suppono primi. Capitulum generale cu-  
milibet Religionis non posse determinare aliquid  
contra ius communem, vt patet in cap. quod super his  
de maior. & obidem. vbi Panormitanus, & alij Cano-  
nistæ. Idem etiam docet in terminis. Miranda in ma-  
nuali Prelat. tom. 2. quast. 25. art. 5. Tamburinus de  
Iure Abba. tom. 1. disp. 5. quaf. 12. num. 6. Hiero-  
nymus Rodriguez in compen. qq. regal. refol. 116. n. 26.  
Peirinus in priuul. Minim. tom. 1. const. Pyrrh. 4. n.  
10. Portel, in dub. regul. 2. statutum. n. 9. Salas. de leg. di-  
spur. 8. fel. 1. 3. n. 56. & Natarrus de Regular. lib. 3. conf.  
56. n. 4. qui agit de quodam statuto facto in Capitu-  
lo generali Minimorum.

5. Suppono secundò, alienationem bonorum  
immobilium pertinere de iure communem ad totum  
Capitulum Monasterij, vt patet ex cap. sine exceptione  
12. quaf. 1. & ex iuribus qua affect Villagut tract. de  
alien. rerum. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 1. nro. 1. qui-  
bus addit. Ioan. de la Cruz de stagi Relig. lib. 1. cap. 4.  
dub. 3. conclus. 2. Portel, in dub. Regul. ver. alienatio-

num.